



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. V. Sine vera virtute & pietate non posse Rempublica[m] gubernari,
docetur ex sacris litteris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Bona leges
sine bono
custode ma-
nere non
possunt.

Vitia con-
sistere non
possunt, nisi
virtutes
multorum
adfin.

Virtus con-
sensum effi-
cit, vitia
pugnas.

Vitia in me-
diocritate
non serua-
tur.

§. 3. Quin etiam cap. 18. negat posse populo restitui libertatem, si moribus corruptis sit. At ego pari modo concludo, nec regnum, cum summa est morum corruptio, posse conseruari. Cur enim non potest populi libertas in summa corruptela conseruari? Respondet ille. Quia vix vlla leges populi summam corruptelam frenare queunt. Nam neque boni mores in ciuitate absque bonis legibus: neque bonae leges, nisi per bene moratos homines conseruantur. Optime plane, sed pro veritate, contra propria statuta. Bonae igitur leges egent bono custode, bono vindice, ille autem non est princeps malus. Tempore Caligulae summa erat corruptela, bonae leges, pessimi mores; accessit princeps turpissimus, qui aerarium exhaustit, ducenta militum millia occidit, senatum concidit, quid si diutius viuere, & imperare potuisset, premente inopia, crescentibus libidinibus, efferata crudelitate, nonne Romam in solitudinem redegisset? Vitia ergo Rempublicam perdunt, virtutes conseruat, ac muniunt. Naturae vocem audiamus, testabitur illa contra Deum, & naturam esse vitia, ideoque non posse, nisi virtutibus misceantur, consistere. Duo sunt autem peccatorum genera, alia enim in corruptelis flagitiorum, alia in facinoribus nocendi cernuntur. Vtraque malitia sua rempublicam euertunt, celerius illa, quae in alios iniuriola sunt. Haec enim cum odiosa sunt, & offendant, necessario caritatem violant, inimicitias, & bella concitant, odioque & furori genus humanum committunt. Itaque hinc oritur laetorum vindicta; vel fuga, si vindicta desperatur, aut caro statuta creditur. Domum, aut exercitum ostende dissidentem, ciuitatem in se conuersam, non nisi facta pace seruari posse intelliges; at crimina omnibus molesta sunt, saepe etiam illis quibus profunt. Si igitur virtus exulat, sunt omnes in republica iniusti, avari, libidinosi, meticolosi, iudicia perdatiora, lege victa, non potest hinc vitia stare ciuitas. Eleganter & sapienter Seneca lib. 2. de ira cap. 31. Nefas est nocere patri: ergo cui quoque, nam hic pars patriae est. Sanctae partes sunt, si vniuersum venerabile est: ergo & homo homini. Nam hic in maiore tibi vrbe ciuis est. Quid si nocere velint manus pedibus? manibus oculi? Vt omnia inter se membra consentiant, quia singula seruari, totius interest: ita homines singulis parcent, quia ad eum geniti sumus. Salua autem esse societas, nisi amore & custodia partium non potest. Ne vi-peras quidem & natrices, & si qua morsu aut ictu nocent, effligeremus, si vt reliqua mansuefacere possemus, aut efficere, ne nobis aliisue periculo essent. Ergo ne homini quidem nocebimus, quia peccauit, sed ne peccet: nec vquam ad praeuertum, sed ad futurum poena referetur. non enim irascitur, sed cauet. Nam si puniendus est, cuiusque prauum maleficumque ingenium est, poena neminem excipiet.

§. 4. Ratione iuuat experientia. Si semel vitia admittuntur, pbanturque; quia aliquando, pfuisse putantur, certe crescentia ferri non possunt. Prisco saeculo in exigua Romana luxuries aqua ludebat, gestasse aureum annulum, extruxisse suburbanum, coenasse decem assibus magnum erat. At postea viationes calcabantur, in mare moles regia iaciebantur, prouinciarum vectigalia in vnam caenam congeriebantur, ita fastus, ita rapina, ita crudelitates creuerunt. Quid? anne etiam tam adultis, tam grandibus malis regnantibus salua esse respublica potest? Si non potest, initiis occurratur, quia corroborata aut vincunt, aut maiore detrimento vincuntur. Habent hoc ciuitates, & regna, vt cum longius a virtute recesserint, velut nimium inflata corpora rumpantur: Habent hoc vitia vt non consistant. Regnare nequitiam, in deterius labi res humanas, & in omne nefas ruere, antiqua est querela. Non stant loco vitia, sed vsu, & impudentia fiduciam capiunt, gena sunt vitia, non

nisi aliena iniuria aluntur, procedunt, augenturque, Si naturam donec diuina vindicta opprimantur. Cum igitur vitia de-natura virtutem suadeat, atque adeo vim suam in struant, nobis iudicet, vt etiam, quod facere non possumus, quanto magis aut nolimus recte tamen factum in aliis iudicemus. Si Rempublicam. Et vere dixit Iuuenalis:

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.

Pugnat igitur cum natura, cum omnium sapientum sensu, qui in Republica scelera, & virtutis simulationem inducit.

C A P V T V.

Sine vera virtute & pietate non posse Rempublicam gubernari, docetur ex sacris literis.

§. 1. Sine vero de Deo sensu, & cultu, sine religio- Quo maiora sunt vitia eo maiora Reipublicae damna. ne, sine iustitia prudentia, temperantia, fortitudine, atque vno verbo, sine vera, solida, ac genuina virtute, non posse esse vllam Rempublicam, diu felicem, sed cum multis seditionibus, bellis, incommotisque, confictari constat eoque, magis, quo magis a virtute recedit, minora vero experiri ea mala; si virtutum quarundam possessionem vtcunque tueatur.

Primum ea de re Deum audiamus, numen sanctum, Deum quem esse, & remuneratorem esse credimus, qui vero id non credunt, vltorem sentient. Hoc tamen volo. Non regna semper ob iustitiam dari, cum truculentissimos hominum videam imperitasse; sed non esse nisi miserissima regna, in quibus vitia magna dominantur; & per vitia regna euerti. Monet Israelitas Dominus, Deut. 9. 4. Ne dicas in corde tuo, cum Non sunt deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo. Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter impietatem suam ista deleta sint nationes. iustitia.

Neque enim propter iustitias tuas, & aequitatem cordis tui, ingrederis vt possideas terram earum; sed quia ille egerunt impie, introeunte te delecta sunt. Grauius erant Israelitarum scelera, vt mortem mererentur, nedum ter- Minus matarum scelera, vt mortem mererentur, nedum ter- tur quod rarum omnium optimam; sed propter Abrahamum & Patriarchas, Mose deprecatore venia, & Palaestina data est, deleta vero gentes numerosissimae, & fortissimae, propter impietatem, quae iam completa erat, nam tempore Abrahami nondum fuisse completas, docet idem oraculum, Gen. 15. 16. Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completae sunt iniquitates Amorrhaeorum vsque ad praesens tempus.

§. 2. Huc tota pertinet illa Moysi Concio, quae est Deut. 11. 12. 13. & praecipue cap. 28. Si autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius quae ego praecipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsores cunctis gentibus quae vertantur in terra. Venientque super te vniuersae benedictiones istae, & apprehendent te: si autem precepta eius audieris, Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terrae tuae, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caula ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedicta reliquia tuae. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgunt aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient a facie tua. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedictusque tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius. Videbuntque omnes terrarum populi quod nomen Domini in-

qui innotatum sit super te & timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructum vteri tui, & fructum iumentorum tuorum, fructum terra tua quam iuravit Dominus patribus tuis ut daret tibi. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, celum, ut tribuat pluviam terra tua in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et sanerabis gentibus multis, & ipse a nullo finis accipies. Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris semper supra, & non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui qui ego precipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris Deos alienos, neque colueris eos. Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego precipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istae, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, & maledicta reliquia tuae. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terra tuae, armenta bouum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mittere Dominus super te famem & esuriam, & increpationem in omnia opera tua quae tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter ad inuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me. Adiungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra ad quam ingrederis possidendam. Percutiat te Dominus egestate, febre & frigore, ardore & aestu, & aere corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. Sit celum quod supra te est, aeneum: & terra quam calcas, ferrea. Det Dominus imbrem terra tuae puluerem, & de celo descendat super te cinis, donec conteraris. Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos, per vniam viam egrediaris contra eos, & per septem fugas, & dispergaris per omnia regna terra. Sitque cadaver tuum in escam cunctis volatilibus caeli, & bestis terra, & non sit qui abigat. Percutiat te Dominus amentia & cecitate ac furore mentis, & palpes in merdibus sicut palpare solet cecus in tenebris & non dirigas vias tuas. Omnisque tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum aedifices, & non habites in ea. Plantas vineam, & non vindemias eam. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. Oves tuae dentur inimicis tuis, & non sit qui te adiuvet. Filii tui & filiae tuae tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua. Fructus terra tua, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, & stupens ad terrorem eorum quae videbunt oculi tui. Percutiat te Dominus hulcere pessimo in genibus, & in suris, sanarique non possis a planta pedis usque ad verticem tuum. Ducet te Dominus, & regem quem constitueris super te, in Gentem quam ignoras tu & patres tui: & seruias ibi Diis alienis, ligno & lapidi.

Et eris perditus, in prouerbum ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis: quia locustae deuorabunt omnia. Vinea plantabis, & sodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermis. Olivas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia defluent, & deperibunt. Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniam ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terra tua rubigo consumet. Aduena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior. Ipse suenerabit tibi, & tu non suenerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones istae, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius & ceremonias quas precipit tibi. Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo. Usque in sempiternum: eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque laetitia, propter rerum omnium abundantiam. Seruus inimico tuo quem inmittere tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum

ferreum super cernicem tuam, donec te conterat. Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, & de extremis terra: finibus in similitudinem aquila volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis. Gentem procacissimam, quae Peccatis non deferat seni, nec misereatur paruuli, & deuoret fructum vrbes vaurumentorum tuorum, ac fruges Terra tua: donec intereas, & stantur. non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta bouum, & greges ouium: donec te disperdat, & conterat in cunctis vr-bibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimis, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni Terra tua quam dabit tibi Dominus Deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dedit tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vastitate qua opprimit te hostis tuus. Hoc vrbiu mo delicatus in te, & luxuriosus valde inuidebit fratri suo, & excidia vxori quae cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum storiisque suorum quas comedit; eo quod nihil aliud habeat in obsidione docent. & penuria qua vastauerunt te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata, quae super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter molliem & tene-ritudinem nimiam, inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius, super filiis & filiis carnibus, & illucie secundinarum quae egrediuntur de medio seminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt, comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam, in obsidione & vastitate qua opprimit te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius quae scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est Dominum Deum tuum: augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseverantes, infirmitates pessimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas timuisti, & adhabeant tibi. Insuper & vniuersos languores & plagas quae non sunt scriptae in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conterat: & remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra caeli pro multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui. Et sicut ante letatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans: sic latabitur disperdens vos atque subuerrens, ut auferamini de Terra ad quam ingrederis possidendam. Disperget te Dominus in oēs populos à summitate terra usque ad terminos eius, & seruias ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam merore: & erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vite tuae. Mane dices, Quis mihi det Vesperum? & Peccator in Vespere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, perpetuo qua terreberis, & propterea quae tuis videbis oculis. Reducet te tremore est. Dominus clasibus in Aegyptum per viam de qua dixit tibi ut eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

His si mundus crederet, si haec priuatum & publice auribus regum consiliariorumque insonarent, men non sa iam constitutam rem teneremus. Callida illa, prudentiaque consiliorum defluerent ad hoc tonitru. nec contra Regnasse impios non ignoro, nam Chanaan qui Deum callidus iam Abrahami tempore dominabantur, sed latibentibus in deterius moribus calamitates impietatis comites increnere, donec penitus deleerentur, nec aliorum regna fuere ex merito, sed ut malos castigarent. Regna autem (inquit Cyprian. de Idolorum vanitate) non merito accidunt, sed forte variantur: Regna sepe Ceterum imperium tenuerunt & ante Assyrii, & emergunt Medi, & Persae, & Graecos & Aegyptios regnasse conouimus ad agnouimus. Ita vicibus potestatum, Romanis quolia castigataeque ut & ceteris imperandi tempus obuenerit. Ceterum si ad originem redeas, erubescas. Populus de sceleratis, & nocentibus congregatur, & alylo constituto facit numerum impunitas criminum; ut Rex ipse principatum habeat ad crimina, sit Romulus patri-cida. Atque ut matrimonio faciat, rem concordiae per discordias auspiciatur.

Peccatorū
pana.Peccata
morbi con-
sequuntur.Seruus
peccati est.Peccator in
Vespere, perpetuo
qua terreberis.

Opes Roma-
norum im-
peratorum
specta, &
breuem ve-
suram nece-
psatam.

§. 3. Puniunt mali malos, colliduntur impiis im-
pii, & vtrique franguntur, nec mirum, testamur enim,
& luti pugna est. Hec est pars hominis impij apud Deum
& hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipiunt.
Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes e-
ius non saturabuntur panibus, qui reliqui fuerint ex eo, sepe-
lientur in interitu, & vidua illius non plorabit. Si compor-
tauerit, quasi terram argentum, & sicut lutum preparauerit
vestimenta. Preparabit quidem, sed iustus vestietur illis: &
argentum innocens diuidet. Apprehendet eum quasi aqua in-
opia, nocte opprimit eum tempestas, Tolle eum ventus vrens,
& auferet, & velut turbo rapet eum de loco suo.

Deus, inquit Dauid, destruet te in finem, & euellet te, &
emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra
ruentum. Et Psalm. 91. Cum exortj fuerint peccatores sic-
ut fenem, & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem,
ut intereant in seculum seculi.

Patriarcha-
rum felici-
tas à virtu-
te.

Pereunt igitur impij, quamuis celeriter germinatio-
ne spectatillime efflorescant. Verum hoc loco hære-
re nihil necesse est, tota scriptura nobis hoc indicat,
Abrahamus exul patria Deum sequitur vocantem,
& defenditur, incrementum eius etiam regibus est
terrori, idem Deus tributum Isaaco & Iacobo, felix
fuit illa respublica cum eum Iosue, & iudices pii ad-
ministrarent, cum autem fecerunt malum in con-
spectu Domini, vicinis regibus traditi sunt in serui-
tutem. Historiam regum legamus, & pro cuiusque
moribus fortunam. Dauid vir secundum cor Dei re-
gnum ad summum fastigium euexit, quod tamen ob
eius peccata clades passum est. Salomon pacifice &
felicissime adminittrauit, donec vitis suis Adad Idu-
mæum concitauit, & Ieroboamo decem tribus resi-
gnauit, Roboami & Abiæ ut temeraria, & in pia fa-
cta fuerunt, ita calamitates etiam nouæ, capta vire,
spoliato tēplo, regia dignitate ab auro ad æs transla-
ta. Asa virtutem lecutus impuros sustulit, & matrem
in ordinem redegit, Zaram Æthiopem decies cente-
na millia trahentem vicit sed tandem à Deo desle-
ctens arthritide vexatus, solus sua culpa mortuus
est. Filius Asa Iosaphat, pius fortis, & inclytus fuit,
sed heredem habuit degenerem Ioram, qui paraci-
dio, idololatria regnum tædauit, ideoque Idumæi,
aliæque nationes vectigales descuerunt. Sed ex ipsa
scriptura audire præstat vindictam Dei in impium
regem. Par. 2. 21. 12. Allata sunt autem ei litteræ ab E-
lia Propheta, in quibus scriptum erat. Hæc dicit Dominus
Deus Dauid patris tui, Quoniam non ambulasti in viis Iosa-
phat patris tui, & in viis Asa regis Iudæ, sed in consilijs per iter
regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ieru-
salem, imitatus fornicationem domus Achab, in super & fra-
tres tuos domum patris tui, meliores te occidisti. Ecce Dominus
percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & vxori-
bus tuis, vniuersa que substantia tua, tu autem egrotabis pesti-
mo languore vteri tui, donec egrediantur vitæ tua paulu-
tim per singulos dies. Suscitauit ergo Dominus contra Ioram
spiritum Philistinorum, & Arabum, qui confines sunt Æ-
thiopibus, & ascenderunt in terram Iudæ, & vastauerunt eam:
diripueruntque cunctam substantiam que inuenta est in do-
mo regis, in super & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius,
nisi Ioachaz, qui minimus natus erat. Et super hæc omnia per-
cussit eum Dominus alui languore insanabili. Cumque diei
succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum an-
norum expletus est circulus: & sic longa consumptus tæbe, ita
ut egeret etiam viscera sua, languore pariter, & vicia ca-
ruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, & non fecit ei po-
pulus secundum morem combustionis, exequias, sicut fecerat
maioribus eius.

Regum Isra-
eliticorum
soror ex vita.

Iorami re-
gis infelix
Exitus.

Secutus inde Ochozias, Athalia, Ioas, Achas mi-
seros cum regni totius cōcussione exitus fortiti sunt.
Ezechias pietate sua omnia restituit, Manasses ami-
sit, Iosias iterum auum imitatus, felicitatem reduxit
priestnam, posteri eius impietate perierunt.

Ut virtutū
& vitiorū,
ita prospe-
ritatis, &
calamita-
ris sunt vi-
ci.

§. 4. Promptum fuerit forte aliarum gentium
obliuiscere in summis sceleribus felicitatem, verum ad
omnem historiam appello; vna in re quapiam suc-
cessus est, in tota republica felicitas nulla est. Quod
in exemplum felicitatis humanæ adduci solet regnū
Macedoniæ, si lubet, intueamur. Gesto in Græcia
bello occisis fratribus, & propinquis, Asiam Alexan-
der ingreditur, annos duodecim in summa cura, do-
lore, multis vulneribus, furore, domesticorum san-
guine, conspirationibus, timore, calamitosissime
transiegit, donec crapula vel veneno periret; paulo
post omnis eius posteritas excisa est, nec modo illa,
sed principes eius, & quos Orientis Spoliis onerarat,
Argyrapides. Nulla autem felicitas est annos duo-
decim furere, ut tota nobilitas pereat. Qui historiam
cum prudentia legerit, regnum Macedoniæ rege
Alexandro, & eius principibus concurrentibus in-
felicius fuisse intellet, quam fuerit regnum Israelis,
etiam tum cum pro malis moribus pœnas luit. In
quo & hoc memorabile, tot principes præter Ptole-
mæos, & Seleucidas cum vniuersis familiis excisos.
Verum de regno Israelis & Iudæ hic agimus, de
quibus ita 4. Regum 17. 6. Anno autem nono Osee, ce-
pit rex Assyriorum Samariam. & transtulit Israel in Assyri-
os: posuitque eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan,
in ciuitatibus Medorum. Factum est enim, cum peccassent fi-
lii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti,
de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerunt Deos alienos. Et
ambulauerunt iuxta ritum gentium, quas consumpserat Do-
minus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel: quia simi-
liter fecerant. Et offenderunt filii Israel verbis non rectis Do-
minum Deum suum: & edificauerunt sibi excelsa in cunctis
vrbibus suis à Turre custodum vsque ad ciuitatem munitam.
Feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, &
subter omne lignum nemorosum: & adolebant ibi incensum
super aras in morem gentium quas transfulerat Dominus à
facie eorum: feceruntque verba pessima irritantes Dominum,
& coluerunt immunditias de quibus praecepit eis Dominus ne
facerent verbum hoc. Et testificatus est Dominus in Israel &
in Iudæ per manum omnium Prophetarum & Videntium,
dicens, Reuertimini à viis vestris pessimis, & custodite præce-
pta mea & ceremonias iuxta omnem legem quam praecepi pa-
tribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruatorum meorum
prophetarum. Qui non audierunt sed indurauerunt ceruicem
suam iuxta ceruicem patrum suorum, qui voluerunt obedire
Domino Deo suo. Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod
pegigit cum patribus eorum, & testificationes quibus contesta-
tus est eos: secuti sunt vanitates, & vane egerunt: & secuti
sunt Gentes quæ erant per circuitum eorum, super quibus præce-
perat Dominus eis ut non facerent sicut & illæ faciebant. Et
dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntque
sibi constatiles duos viros, & lucos, & adorauerunt vniuer-
sam militiam cæli: seruieruntque Baal, & consecrauerunt fi-
lios suos, & filias suas per ignem: & diuinationibus inscruie-
bant & auguriis: & tradiderunt se ut facerent malum coram
Domino, ut irritarent eum. Iratusque est Dominus vehemen-
ter Israel, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit ni-
si tribus Iudæ tantummodo. Sed nec ipsa Iudæ custodiuit man-
data Domini Dei sui: verum tamen ambulauit in erroribus
Israel, quos operatus fuerat. Proieciturque Dominus omne
semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diri-
pientium donec proiceret eos à facie sua: Diuina igitur
sapientia, quæ fons omnium est bonorum,
felicitatem religione, & virtute
definit.

Vna victo-
ria multis
cladibus
obruta non
facit felicē.

Alexandri
infelicitas.

Maximi
principes
Alexandri
cum fami-
liis excisi.

Exilium
perpetuum
Israelis ob
scelera.

Desperata
salus est, cū
non corri-
piuntur mo-
ritus.

—(—):—(—)

C A P.